

Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],
libri VII**

Rupertus <Tuitensis>

[Köln], 1527

VD16 B 3703

Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Veni de libano sponsa
mea, ueni de libano, ueni: Coronaberis de capite amana, de uertice sanijr
& hermon, de cubilibus leonum, de montibus ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-34445

A. III
ectate
o hac
ut hac
am ui
is no
nturis
lli, ut
iberi
oc &
tia ca
, quis
xilit,
it, ge
ehen
us ge
js do
creto
bliche
esur
clina
nt in
us in
alium
n no
e sunt
camé
raria:
illor
, inre
actio
mpus
opor
t.

COMMENTARIOR. LI. III. 52

Vadam ad montē mirrhæ & ad collem
thuris. Quomodo uadam?

Ascendam Hierosolymam, & cōsummabun
tur omnia quæ scripta sunt de me: Tradar em
gentibus ad illudendū & flagellandum, & post
q̄ flagellauerint crucifigent & occident me.

Hoc erit ire ad montem mirrhæ, scilicet mor
tificari uel occidi, sicut a patribus istorum mor
tificati sunt prophetæ. Tertia die resurgam a
mortuis, & deinde ascendam in coelum & sede
bo ad dexteram patris, iuxta illud: Dixit domi
nus domino meo, sede a dextris meis. Hoc erit i
re ad collē thuris. Exinde nanḡ cognoscetur &
prædicabitur, quia sum deus, iuxta illud: Et uo
cabitur nomen eius, admirabilis, consiliarius, de
us. Hoc prædicabitur, & sequentibus signis con
firmabitur, atq; ita fiet, ut mihi thus offeratur,
tanq; deo uero, destructis simulachris gentiū &
aris dæmonū, qb, hactenus ab ignorātib. & errā
ib, incēsum offertur & sacrificiū. Quid deīde?

Tota pulchra es amica mea, & macula
non est in te. Veni de libano sponsa mea,
ueni de libano, ueni: Coronaberis de capi
te amana, de uertice sanijr & hermon, de
cubilibus leonum, de montibus Pardor.
Cum per trāsiero montē mirrhæ & peruenero
ad collē thutis. i. cū resurrexero a mortuis atque
coronatus gloria & honore resurrectionis & im
mortalitatis, sedensq; ad dexterā patris adorari,
& thure, i. omni diuina religiōe honorari coepero

G 4

Matt. 16.
& 20.

Psal. 109.
Esa. 9
Mar. ult.

I. Petri. §

Leonū cu
bilia

RUPERTI IN CANT. CANT. CA. III
deus unus cum patre & spiritu sancto : tunc de-
mum & tu coronaberis, tunc demū hæc loquar
ad te, Tota pulchra es amica mea & macula nō
est in te. Quomodo hæc loquar ad te? Nimurum
magna & manifesta euangelij prædicatione,
¶ Et nunc quidem pulchra es, sed nondum appa-
ruit quod tota pulchra sis, & quod macula non
sit in te, quod scilicet uirgo cõceperis uel genu-
eris, & uirginea is überibus lactaueris me. Hoc
prædicabitur gentibus, quod adeo macula non
sit in te. Tunc demum loquar tibi: Veni de liba-
no sponsa mea, ueni de libano, ueni, coronaberis
¶ Vnde coronaberis? De capite amana quod in-
terpretatur nocturna auis, de uertice sanij qđ
interpretatur dens uigiliarum, & hermō quod in-
terpretarur anathema. Venies de libano, quod
interpretatur candidatio, id est, migrabis de cor-
pore isto, corpore candido, corpore uirgineo, &
coronaberis de omnibus his, id est, de corpe uel
membris illius, qui nominibus istis recte deno-
tatur, de regnis mundi huius. ¶ Regna nanque
mundi huius quedam capita uel quidam uerti-
ces recte dicuntur nocturnæ auis, & dentis uigi-
liarum, & uere anathematizati diaboli, a deo se-
parati, qui cum sit princeps tenebrarum, & tan-
qđ leo rugiens circumeat, quærens quem deuo-
tet, recte & nocturna auis & dens dicitur uigli-
arum. Ipsa eadem regna & cubilia leonū, & mō-
tes dico Pardorum: quia uidelicet reges regnorum
reges Babyloniorum, & Persarum, atqđ Mœ-
dorum, reges Græcorum, reges & consules siue
imperatores Romanorum, quid nisi leones &
Pardi dicendi sunt, qui tot bellis, tot cædibus or-

III
c de-
quar
la nō
irum
e,
appa
i non
enue
Hoc
a non
liba
beris
od in
r qd
od in
quod
cor
o,&
e uel
no-
que
exti-
uigi
se
tan
euo-
gili-
mō
nor
Ae-
sue
&
s or-

COMMENTARIOR LIB. III. Fo. 55
bem terrarum lacerauetunt? Det alium leonum
cubilibus taliumq; Pardorum montibus tu ami-
ca mea coronaberis. Quomodo? Videlicet cre-
dent in me fructum ventris tui; & eorum credē-
tium salus corona tua erit. Ita coronaberis, ut et
in cœlis regina sanctorum, & in terra regina sis
regnorum. Vbicunque enim prædicatum fuerit il-
lud de dilecto dictum, minuisti eum paulo mi-
nus ab angelis, gloria & honore coronasti eum,
& constitueristi eum super opera manuum tuarū:
prædicabitur & de te quod sis o dilecta & mater
huius coronati, ac proinde regina cœlorum, to-
tum iure possidens filij regnum, atque hoc intuitu
reges atque imperatores coronis suiste corona-
bunt, palatia sua nomini meo sacrabunt, honori
tu dedicabunt, ut desinat esse quod fuerant, mō-
tes pardorum, cubilia leonum.

Vulnerasti cor meum soror mea sponsa
vulnerasti cor meum in uno oculorū tuo-
rum, & in uno crine colli tui.

Etenim quis unq; ita habuit, ut tu habes, soror
mea sponsa, unum oculorum? De quadam mu-
liere sacra et ueridica narrat scriptura, quia cum
esset sterilis, & ob hoc amaro animo orauit dñm
flens largiter, & multiplicauit preces coram do-
mino, & posthac ita subiunctū est: Et abiit mu-
lier in domum suam, uultusq; illius non sunt am-
plius in diuersa mutati. Quid erat illa uniformi-
tas uultuum, non se amplius in diuersa mutant
ur? Nimimum identitas cogitationum, & uralde
intenta earundē perseverantia precum quas pro-
fecto quis discernat, uos scitis o amici q; dicatis,

G S

Psalm. 8.

I. Reg I
In uno o-
cul.tuorū.
Heb. 4